# TRACTATVS
# DE
# SYMBOLICIS CONTRACTIBVS
## IN QVATVOR TITVLOS DIVISVS,
*IN QVORVM*

Primo tractatur de Symbolicis Contractibus in genere.

Secundo de Locati, Conducti, Empti, Venditi, & permutati Symbolicis Contractibus,

Tertio de Societatis, Mandati, & Commẽnionis Symbolicis Contractibus.

Quarto de Mutui, Depoſiti, Commodati, & Pignoris Symbolicis Contractibus.

AVTHORE
ALBERTO ALDERISIO I. C.

OPVS

Ex omni ſui parte ſubtilitèr excuſum nùnc primum à tenebris extractum, omnibus tàm in ſcholis, quàm in vtroque foro verſantibus vtile, & neceſſarium: tanquàm à nemine vſque adhùc non ſolum tractatum, ſed neque excogitatum.

*Cum duplici Indice, Argumentorum ſcilicèt, & Materiarum.*

SVPERIORVM

PERMISSV.

Neapoli, Ex Typographia Hyacinthi Paſſari. Anno SS. Iubilei MDCLXXV.
Expenſis Franciſci Maſſari, & Dominici Antonij Parrini Bibliopol.

V-5-25-

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO

# D. DOMINICO CARAFA PACECA

Ex Magdalunentium Ducum Proſapia, Principi Colubrariæ, Murconi, Coſſiani, Formiculæ, & Pontislatonici Domino, &c.

ALBERTVS ALDERISIVS S. D.

NON enim, Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine, Deus nobis talia otia fecit, vt non nulla otium faciat mortalibus mala, ſed vt benè ſapientia ſcribatur in otijs, & ſapientiæ otia negotia eſſent, vtquè quò otioſior ſapientia, eo exercitior in omne ſpeculandi genere quis redderetur. Contingit in otio mihi vt non nullos legales componerem tractatus, quorum Primus, qui lucē appulit, fuit ille de *aſſiſtentia*, dignè tanquam primogenia occupans, vt Deo ſeruaretur, dicareturque. Secundus de *Symbolicis Contractibus* cui aſcribatur, præter quàm Deo, cuius ſunt omnia, tibi ſoli in mentem occurrit Tibi, qui de Illuſtriſſima Proſapia Ducum exortus ceù ſydus perfulgens, nō velut qualitas Diaphano inhærens ſplendes in vrbe, ſed tanquàm lux, quæ illuminat orbem, Coruſcas in mundo. Tibi, qui Princeps, cuius aduentus non timetur, ſed ſuſpiratur præ tua Illuſtriſſima, & Excellentiſſima Sponſa omnibus excellentia præes, Tibi, cui lucrum non in fęnore, ſed præ tua magnificētia damnum pateris; contingit, tibi denique, cuius celſitudo non eſt ſuperbia, ſed benignitas, non arrogantia, ſed authoritas, non oſtentatio, ſed ſinceritas, omnibus non temporalis, ſed perennis lętitia, Facultas benefaciendi nō in ore, ſed in manu, compendium virtutum non ſub tabula, ſed in Vrna, veluti, in *Caraſide* repoſitum. Tibi poſtremò, qui fidelis inter omnes, amabilis inter gentes, Fortis inter Proceres. Iucundus inter amicos, & grauis inter nobiles omnia feliciter pertractas, ab omnibus amaris, à Proceribus exiſtimaris, ab amicis clarificaris, & à nobilibus glorificaris. Tu quidem tàm magnæ virtutis munificentiſſimus Princeps, & in otijs vigil hoc iuris munuſculum non eà quidem vulgari benignitate, quam cuilibet impartiri ſoles, ſed eo

In Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub prima Decembris 1673. fuit dictum, quod R. P. Antonius Roſſi reuideat,& in ſcriptis referat eidem Congregationi.

F.Scangata Vic. Gen.

*Carolus Paladinus Soc. Ieſu Dep. & Sec.*

EMINENTISSIME DOMINE

IVſſu Eminentiſſimi Domini mei Cardinalis Caraccioli legi libenter tractatum de Symbolicis Contractibus,authore Alberto Alderiſio, qui ex vero author eſt operis; cum centonarium minimè ſit eius opus;ſed auget re vera Iuriſprudentiæ Theſauros, non modo noua methodo,eaque perutili;ſed itidem nouis argumentis, atque iurium interpretationibus: cætero autem, cum nihil habeat aduerſus ſacram doctrinam, ac bonos mores, imprimi poſſe, ac debere, cenſeo, ſub cenſura tamen Eminentiſſimi. Neap.ex Domo profeſſa Soc.Ieſu,die 4.Iulij 1674.

Emin.V. Humill. et Addictiſs. Seruus

*Antonius Roſſi Soc. Ieſu.*

In Congregatione habita Coram Eminentiſſimo,& Reuerendiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 24. Iulij 1674. fuit dictum, quod ſtante relatione P.Antonij Roſſi Imprimatur.

F. Scangata Vic.Gen.

*Ioſeph Imperialis Soc. Ieſu Theolig. Emin.*

---

Magnificus V.I.D.Bartolomeus de Luca videat,& in ſcriptis referat Suæ Exc.

Galeotus R. Carrillus R. Capiblancus R. Ortiz Cortes R. Valero R.

*Prouiſum per S.E.Neap.die 16.menſis Nouembris 1670.* *Maſtellonus.*

EXCELLENTISSIME DOMINE.

DVos tractatus,Exc.V.iubente,vidi vnum intitulatum continuationes ad Horatium Barbatum,alterum de Symbolicis Contractibus V. I. D. Alberti Alderiſij,et ipſis percontatis nihil, nec in dictis continuationibus ad Horatium Barbatum de Aſſiſtentia, et alterum de Symbolicis Contractibus inueni, quod regali iuriſdictioni repugnat;ob quod eſſe imprimendos cenſeo,ſi Exc. V. videbitur die 30. Ianuarij 1671.

Exc.V.

Deditiſſimus ſeruus.
Bartolomæus de Luca.

Viſa retroſcripta relatione imprimatur,verum in publicatione ſeruetur Reg.Pragm.

Galeotus Reg. Carrillus Reg. Capiblancus Reg. Ortiz Cortes R. Valero Reg.

*Prouiſum per S.E.Neap. 27. Februarij 1671.* *Maſtellonus.*

# TRACTATVS
## DE
# SYMBOLICIS CONTRACTIBVS
## AVTHORE
# ALBERTO ALDERISIO I. C.

## *GENERALIA QVÆDAM*

## TITVLVS PRIMVS.

### *ARGVMENTVM.*

Contractus Symbolicus quid in materia noſtri tractatus.

### *SVMMARIVM.*

1 *QVod actū eſt ex vna prima rerum materia, & ſubſtātia perpetua alteratione miſcetur.*
2 *Materia prima quæ ſit.*
3 *Forma poteſt conſiderari, aut vt ſubſtantia, aut vt accidens.*
4 *Quadriga nō dicitur, deficiente vno equo.*
5 *Homo dici non poteſt embrio.*
6 *Animalia vita carentia partem aliquam ſubſtantialem viuentis non habent.*
7 *Cadauer etſi imaginem hominis habeat, ſubſtantiam verò cadaueris retinet.*
8 *Forma informata eſt, cui ars additur.*
9 *Forma ſubſtantialis quæ.*
10 *Forma ſubſtantialis vniformis in iure quæ.*
11 *Forma eſt quoddam bonum Diuinum.*
12 *Negotia, ſi à definita qualitate deficiant, nec habeant formā requiſitam, inutilia.*
13 *Forma à lege, vel ab homine introducta nullatenus violari poteſt.*
14 *Ius gentium in ius ciuile quomodo ſymbolizetur.*
15 *Vſus ſeruitutis cōtrarius formæ impoſitæ.*
16 *Forma accidentalis quæ.*
17 *Symbolum verum formatur à forma accidentali.*
18 *Apertio Teſtamenti, quando lex illam requirit, recipit eandem paſſiuam interpretationem pro forma accidentali, vt tot requirantur teſtes ad publicandum, quot ad conficiendum teſtamentum.*
19 *Modus quando ſpecificè non ſeruatus inficiat actum.*
20 *Forma eſt legis, & hominis ordinata diſpoſitio.*
21 *Princeps ſupplet formam accidentalem.*
22 *Princeps quando cenſetur derogare iuri publico.*
23 *Forma nō ſeruata quādo nō vitiat actū.*
24 *Inuenienda inuentis non obſtant.*
25 *Inuentis vti, nunquam inueniendis, miſerrimi ingeniȷ eſt.*